



FUNDAMENTA CULTIORIS LATINITATIS.

PROOEMIUM.

L.



UO potissimum in Latinae orationis cultu cauenda sunt elegantiorum litterarum studiosis. *Alterum*, ne auribus sint tam agrestibus atque impolitis, ut omnem orationis nitorem atque elegantiam, tamquam rem inanem ac superuacua, omnino negligendam esse existiment *). *Alterum*, ne per omnem viam id vnice agant, ut quasi calamistris intorqueant orationem, eique colores adscititios, tamquam fucum, inducant **).

Duo extrema in Latinitate cauenda.

*) Talis fuit veterum scholasticorum et glossatorum barbaries, qui se eruditos non putabant, nisi omnem orationis cultum eierassent, Contra eos elegans existat oratio M. Antonii Maioragii, quae inter eius orationes est XII.

**) Talis fuit sophistarum veterum elo-
Hein. Fund. Stili Cult. A queu-